

Libellus Sodalitatis:

Hoc est,

CHRISTIANA
RVM INSTITV-
TIONVM

LIBRI QVINQVE,

In gratiam Sodalitatis B. Virginis Mariae.

Auctore

R. P. FRANCISCO CO-
STERO, DOCTORE THEO-
logo Societatis IESV.



COLONIAE AGRIPPINAE
Apud Antonium Hierat, sub Mo-
nocerote. M.DC.

*Eia ergo ADVOCATA nostra, illos tuos misericordes
oculos ad nos converte.*




R

CHRISTIANA
RVM INSTITV-
TIONVM LI-
BER I.

CAPVT I.

DE MODO INSTITV-
*da Confessionis quæ octauo quoq̃
die fieri solet.*

 VRA eius qui crebrò
confitetur, versari debet
ferè circa quatuor; exa-
minationem conscien-
tiæ, dolorem peccatorũ,
ipsam confessionem, &
propositum ac media emendationis.

De examinatione conscientia.

QVI student puritati, & ad perfe-
ctiorem viuendi rationem, quàm
vulgus hominum passim inire so-
let, aspirant; non solùm de peccatis mor-
talibus (à quibus per gratiam Dei ferè
abstinent) sed etiam de venialibus euitã-
dis, & affectionibus reformandis, & de-
mùm de imperfectionibus, quoad eius
fieri possit, minuendis, sint solliciti; & te-

A

neram